



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 95. Induciæ Imperatoris cum Venetis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

Anconitana in Neapolis regnum irru- Sæcul. XVI.  
 ptionem tentaturum. Nec dolum even- A.C. 1512.  
 tus fecellit; quippe Prorex Neapolitanus  
 ad castellum Bononiense castra sua po-  
 suit, dum interea Fuxensis Granarolam,  
 Solaroli castrum, & Cotignolam occupa-  
 bat, ut ad expeditam annonæ subvectio-  
 nem liberum ad Ferrarienses aditum sibi  
 panderet. Ceterum continuo inter ho-  
 stium agmina progrediebatur; Foederati  
 tamen viarum angustiis, ac fluminum  
 ambitu se se adeo opportune tuebantur, ut  
 certaminis discrimen declinarent.

### §. XCV.

#### *Inducere Imperatoris cum Venetis.*

Hæc dum interea gerebantur, Ferdi- Mariæ l. 3. n. 35.  
 nandus Ludovico bellum nunciavit, suumque legatum, qui in ejus aula age-  
 bat, protinus ex Francia abire jussit. Ni-  
 hilominus hanc eandem belli denuncia-  
 tionem cuidam conditioni adstringebat,  
 postulans, ut Ludovicus illatas Pontifici  
 injurias modo, quo ipse peteret, resarciri-  
 ret, si vero id exequi diutius recusaret,  
 Regi significabat, se ad arma vi coa-  
 ctum iri. Verum his Ferdinandi minis  
 Rex non admodum terrebatur; subidem  
 vero tempus eidem nunciatum, quod  
 Maximilianus Cæsar conciliatore Hiero-  
 dymo Vico, Regis Catholici Romæ le-

Y 2 gato,

**Sæcul. XVI.** gato, non ita pridem cum Venetis de-  
**A. C. 1512.** cem Mensium inducias sanxisset, ea ta-  
 men lege, ut Respublica fidem daret, se  
 Cæsareæ suæ Majestati certam pecunia-  
 rum summam numeraturam, quæ ta-  
 men damna a Venetis Imperio illata, nec  
 indemnitatem, quam Imperator sibi  
 pollicebatur, minime æquabat. Hoc  
 nuntio Rex Franciæ territus, vehe-  
 niens urgebat, ut Gasto cum Cardonna  
 manus consereret, priusquam Foederati  
 Cæsaris defectionem in rem suam ver-  
 tere possent.

## §. XCVI.

*Ravenna a Gastone obsessa.*

**Guicci. lib. 10.** **G**asto accepto Regis mandato Duces  
*Spond. ad* suos convocavit, eisque exposuit,  
*hunc ann. n. 5* Foederatos ad pugnam compellendos esse,  
 eoquod nil consultius foret, quam urbem  
 quamdam, de cuius salute plurimum eorum  
 intereffet, aggredi; quænam vero illa  
 esset, diu deliberatum, tandem vero de-  
 cretum, Ravennam expugnandam esse;  
 huic enim civitati præ ceteris Papam  
 mox succursurum, persuasum erat omni-  
 bus. Foederati explorato Gastonis con-  
 filio expeditam militum manum ducto-  
 re Marco Antonio Columna urbi impo-  
 nere tentarunt. Valuit etiam successus;  
 quippe Columna die octava Aprilis Ra-  
 vennam